

Josephit, und andere Carmina Vol. II.

A. N. 75. Quart.

4.  
Ca  
8.9  
9.8  
10.6  
Ca  
14.  
15.  
16.  
Ca  
20.  
21.  
2.



15 13

EPITHALAMIA

Solennitati

Nuptiarum, auspiciarum,

*Speciatissimi & integerrimi Viri*

DN. PAULI TRUNCI

Civis Gedanensis primarii

S P O N S I

et &

*Letissimæ pudicissimæq; Virginis*

ANNÆ BRANDES

*Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi Viri*

Dn. GERHARDI BRANDES Præconsulis

olim, faustissimæ & honoratis. memoriæ, Reip. GE-

DANENSIS, imò PATRIS, dignif-

simi, relictæ F I L I Æ

S P O N S Æ

Ad diem X. Octobris, Anno M. DC. XIX.

Cum Deo propitio celebrand.


*Affectu, animo sincero & gratulabundo*

dicata, & oblata.

A B

ÆGIDIO THIERGARTEN

è SIGENO-NASSOVIIS.



DANTISCI; Typis HÜNEFELDIANIS.






Laudande Dei divini fomes a  
moris,  
Bina ligas arcto qui fervida pectora  
vinclo,  
Inclyta natorum series, seriesq; nepo-  
tum,  
Per quem servatur, generis quoq; se-  
mina nostri  
Accrescunt, superis ut sint qui grata  
loquantur!

Conjugio iccirco tali castissime SPONSE  
Gaude, Conjugio tali castissima SPONSA  
Lætare. Haud ulmo majus decus æmula vitis,  
Sive seges arvis largitur, plus nec honoris  
Gramina dant campis, homini quam candida virgo  
Consociata pio, qui non ita dote movetur  
Corporis, eximia ut mentis candore pudicæ,  
Hoc precor, Hoc opto, Nectat vos pura voluptas,  
Ipse Deus multos vestrum producat in annos,  
Conjugium, multâ quo reddat prole beatum  
Virgo marem, fausti Tithonia vivite secla,  
Dira nec horrifonæ turbent vos prælia linguæ;  
Sed regnet pax alma domi; florete, Valete.

GERHARDUS PROENEN;  
SPONSÆ Con sanguineus.



# ALPHABETUM MARITALE

Ex Proverb. cap. 31. à v. 10. 31.

**E** Ste procul Clariæ gentilia numina, Musæ  
Mater prudentis Bathseba Regis ades.  
Fœmina quas habeat dotes, quâ laude coruscet  
A capite ad calcem, tu memorare potes.  
Te memorante, bono cantabimus omine Sponso,  
**FELIX CUI TALIS NUPTA PUELLA VENIT !**

- a. **A** Domino si cui bene strenua contigit uxor,  
**P** erpretiosa domi & conchea bucca nitet,  
b. **B**ellé hujus poterit confidere pectus in illa,  
**A** rctas ut spoliū miles habebit opes,  
c. **C**unctis afficiet vitæ ipsum blanda diebus  
**U** ndantique bono, nec cruciante malo.  
d. **D**e grege quæ sivit lanam, de vomere linum  
**L** argâ quæ voluit est operata manu.  
e. **E**st mercatoris veluti per cærula navis,  
**U** ndique cui portant littora & arva cibos.

f. Fri.



f. Frigidulâ solers surgens de nocte, dat escam  
 S        Sudanti, & vernis pensa remensa suis.  
 g. Grande ferens cernit lætata, & comparat arvum,  
 T        T exta est de manuum vinea culta lucro.  
 h. Herculeo graciles accingit robore lumbos,  
 R        R ecta plicat teneris brachia firma modis.  
 i. Ipsa sui gustans benedici jura laboris,  
 U        U llas ne luces nocte silente premit.  
 l. Læva colo lanas in fila sequentia ducit,  
 N        N ectit jam fufum dextera, jamq; rotam.  
 m. Muneribus miserata manus extendit egenis  
 C        C lausas Irorum pandit ad ora volas.  
 n. Non timet à nivium brumali frigore tectis,  
 A        A stantes famuli duplici pelle calent.  
 o. Optima Dædaleâ sibi conficit arte cadurca,  
 N        N ens bysso induitur purpureâq; stola.  
 p. Portæ noverunt ejus Byrsæque maritum,  
 N        N ectaro cum inter jura dat ore senes.  
 q. Quin etiam Tyriâ confectâ Sindone, vendit,  
 A        A mbrosea emtori cingula texta bene  
 r. Robur non byssus, decor, & non purpura vestis,  
 B        B ucca nitet, metuit secula futura nihil.  
 f. Semper & ambrosio Sapiaentia stillat ab ore  
 R        R es humana est, quod lingua benigna sonat.

Totius

t. Totius illa domus gressus quam sedula spectat,  
A A djurans segnes gnava pigrosque cibos.  
u, U nanimes matrem nati dixere beatam,  
N Nobilis atque pater; Non habet illa parem.  
x, Xerxis Amazoniæ vixerunt semper Amastres,  
D De cunctis certat, ô mea, nulla tibi.  
j. Juncta genis species vana est, & gratia fallax,  
E Excellit Jovæ quæ vira cunque timens.  
z. Zonas quas nêsti, gestes, & Zizipha gustes,  
S. Sicque tuo ruri, te tua porta canat.

Talis ducenda est, talem pie CHRISTE rogandus

A Domino talis, non aliunde venit.

Quid jam dicemus tandem, Sponse optime, quod jam

Omen PAULE thori TRUNCI & amoris erit?

Ducta tibi BRANDES nata est, quæ pulehra virago est,

Omnia descriptæ perpetuo similis.

Integer hâc ævum duces, hæc te integra ducet,

FELIX CUI TALIS NUPTA PUELLA VENIT!

Vivite concordés, felices vivite semper,

Crescite & extremum tangite prole diem.





## A L I U D.

**E**st opus gratum supero parenti  
Vinculum vitæ, & sociale fedus,  
Estque telluris lepidum lyceum  
Copula lecti.

Quid voco tantum lepidum, venustum?  
Est enim sanctum simul ac honestum  
Quodque ter sacrum regit ac tuetur  
Flamen Iovæ.

Nam simul mox hinc caderemus omnes  
Ad senectutis fragilis recessum,  
In dies si non aliqui venirent  
Lucis ad auras.

Et viro solo moriente veré  
Effet extinctum genus omne, tellus  
Quod suo toto tenet usque quaque  
Maxima gyro.

Sunt enim quicumque animâ fruuntur  
Ad modum florum viridantis herbæ

Qui



Qui citó crescunt, veniuntque ad auras

Et citó marcent,

At Deus clemens venerandus usque

Id modo nullo voluit, sed inquit

In loco sacro viridantis horti

Talia verba,

Haud viri rebus puto commodare

Sólus is vitam trahat ut molestam;

Conjugem dulcem faciamus ipsi

Juge levamen,

Indeque ex costa maris apparavit

Comparem tædæ, neque vult JEHOVA

Nos genus nostrum trahere ex pudenda

Stirpe recisos,

Et Dei gnatus prece fuscitatus

Supplici, quondam latices aquarum

Vertit in læti per amœna largé

Pocla Falerni,

Gratulor tædis igitur secundis

Comprecans navem Zephyris JEHOVAE

Ut novam ducas placidis ab omni

Turbine salvam,

A Deo vobis bona quæque sunt

Pax, salus felix, benedictioque

Imz



Impluat vestro sinui, virentes  
Ite per annos,  
Fausstiter vivas valeasque dulci  
Junctus uxori sine lite, labe,  
Vota sunt; addat benedicta votis  
Pondera Christus;



Im







15 X 13

EPITHALAMIA

Solennitati

Nuptiarum, auspiciarum,

*Speciatissimi & integerrimi Viri*

DN. PAULI TRUNCII

Civis Gedanensis primarii

S P O N S I

ut &

*Leetissima & pudicissimaq; Virginis*

ANNÆ BRANDES

*Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi Viri*

Dn GERHARDI BRANDES Praeconfulis

